



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum sit in voluntate sicut in subiecto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

in comparatione ad aequalitatem importet, ex sua ratione iustitia habet, quod sit ad alterum: nihil enim est sibi aequale, sed alteri. Et quia ad iustitiam pertinet actus humanos rectificare, ut dicitur in 2. ad Cor. 13. Quod est, necesse est quod aequalitas iustitia, quam requirit iustitia, sit diversorum agere potest. Actiones autem sunt suppositorum, & totorum, non autem proprie loquendo, partium, & formarum, seu potentiarum. Non enim proprie dicitur quod manus percutiat, sed homo per manus: neque proprie dicitur quod calor calefaciat, sed ignis per calorem: secundum tamen similitudinem quadam haec dicuntur. Iustitia ergo proprie dicta requirit diversitatem suppositorum, & ideo non est nisi unius hominis ad alium: sed secundum similitudinem accipiuntur in uno & eodem homine diversa principia actionum, quasi diversa agentia, sicut ratio & irascibilis & concupiscibilis: & ideo metaphorice in uno & eodem homine dicitur iustitia, secundum quod ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & secundum quod haec obediunt rationi, & universali ter secundu[m] quod unicuique parti hominis attribuit quod ei convenit. Unde & Philosophus in 3. Ethic. hanc iustitiam appellat secundum metaphoram dictam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iustitia consistit per fidem in nobis, est per quam iustificatur impius, quae quidem in ipsa debita ordinatione partium animae consistit, sicut supra dictum est, cum de iustificatione impii ageretur. Hoc autem pertinet ad iustitiam metaphorice dictam, quae potest inveniri et in aliquo solitaria vitam agente. Et per hoc patet ratio ad 2.

AD TERTIUM Dicendum, quod iustitia Dei est ab aeterno secundum voluntatem, & propositum aeternum: & in hoc praecipue iustitia consistit, quoniam secundum effectum non sit ab aeterno, quia nihil est Deo coaeternum.

AD QUARTUM Dicendum, quod actiones, quae sunt hominis ad seipsum, sufficienter rectificantur rectificatione passionibus per alias virtutes morales: sed actiones quae sunt ad alterum, indigent speciali rectificatione non solum per comparationem ad agentem, sed etiam per comparationem ad eum, ad quem sunt. Et ideo circa eas est specialis virtus, quae est iustitia.

Super quaest. quinquagesimo octavo articulum tertium.

ARTICULUS III.

Utrum iustitia sit virtus.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit virtus. Dicitur enim in Luc. 17. Cum feceritis omnia quae praecipita sunt vobis, dicitur: Servi inutiles sumus, quod debemus facere, fecimus; sed non est inutile facere opus virtutis, dicitur enim in 2. de officiis, Utilitatem non pecuniarii lucris aestimationem dicimus, sed acquisitionem pietatis, ergo facere quod quis debet facere, non est opus virtutis, est autem opus iustitiae quod quis facere tenetur, ergo iustitia non est virtus.

¶ 2. Praeterea. Quod sit ex necessitate, non est meritum: sed reddere aliquid quod suum est, quod pertinet ad iustitiam, est necessitatis, ergo non est meritum: actibus autem virtutum meremur, ergo iustitia non est virtus.

Ar. praeced. q. 57. art. 1. & 2. q. 13. art. 1.

2. 2. q. 11. art. 1. q. 2. 1. 2. q. 13. art. 1.

Li. 5. c. 1. 1. 1. mo 5.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

1. 2. q. 13. art. 1.

¶ 3. Praeterea. Omnis virtus moralis est circa agibilia. Ea autem quae exterius constituuntur, non sunt agibilia, sed factibilia, ut patet in Philosopho in 9. Metaph. Cum ergo ad iustitiam pertinet exterius facere aliquid opus secundum se iustum, videtur quod iustitia non sit virtus moralis.

¶ SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in 2. Moralium, quod in quatuor virtutibus, scilicet temperantia, prudentia, fortitudine, & iustitia, nota boni operis structura consurgit.

¶ RESPONDEO. Dicendum, quod virtus moralis bonum reddit actum humanum, & primum bonum facit, quod quidem convenit rationi. In homine bonus redditur ex hoc, quod virtus lam rationis, secundum quam humanum aguntur. Unde cum iustitia operatio est, est effectus, manifestum est quod opus bonum reddit. Et ut Tullius dicit in de Officiis, facit quod debet, non aliter utilitatem facit quod debet, sed solum abstinere ad amorem, facit utilitatem, in quantum sponte opta voluntate facit illud quod debet, quod agere. Unde dicitur Sapientia, quae sapientiam, & iustitia docet, prudentiam, & ut in vita nihil est utilius hominibus, scientiam.

¶ AD SECUNDUM dicendum, quod necessitas, una coactionis, & haec quae recipiuntur, tollit rationem meriti. Alia autem ex obligatione praecipit, siue ex necessitate, si aliquis non potest consequi finem voluntate, & talis necessitas non excludit meritum, in quantum aliquis hoc, quod facit voluntarie agit, excludit tamen gloriam actionis, secundum illud in 1. ad Cor. 13. Non est mihi gloria, necessitas enim non est iustitia, sed iustitia est circa exteriora res, quantum ad hoc facere quod pertinet ad alterum, quod videtur esse ad alterum.

¶ AD TERTIUM dicendum, quod iustitia est circa exteriores res, quantum ad hoc facere quod pertinet ad alterum, quod videtur esse ad alterum.

¶ AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit in voluntate sicut in subiecto. Iustitia enim quandoque veritas dicitur, sed intellectus, ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto.

ARTICULUS IIII.

Utrum iustitia sit in voluntate sicut in subiecto.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit in voluntate sicut in subiecto. Iustitia enim quandoque veritas dicitur, sed intellectus, ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto.

¶ 2. Praeterea. Iustitia est circa ea quae sunt ad alterum: sed ordinare aliquid ad alterum est rationis iustitia, ergo non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in ratione.

¶ 3. Praeterea. Iustitia non est virtus intellectualis, cum non ordinat ad cognitionem: unde relinquitur quod sit virtus moralis: sed subiectum virtutis moralis est rationale per-

Ad hoc dicitur, qd hic sumitur actus, ut agere, non solum, ut dicitur contra facere, sed etiam, ut dicitur contra cogitare. Et propterea nunquam manifestum absque adiacentia probatione, auctoritate appetitum esse proximum actus, seu agendi principium. Constat namq; qd actus dicitur hic contra actum cognoscitivum. Et per hoc excludit obiectio de actu iudicij, qui quomodo sit, & quomodo non sit actus iustitiae, i. q. 60. inferius patet. Cõstat quoque et determinari in precedente libro, quod soli actus immanentes sunt actus virtutum, quibus actioes transeunt possunt esse actus imperant ab eis, & per hoc excludit obiectio de potentia executa. Est ergo licet radix, quod quia subiectum virtutis est, aut rationale per essentia, quod est intellectus, seu ratio, & iustitia, constat non rectificare actus cognoscitivus: aut rationale per participationem, quod est appetitus, hoc enim solum restat proximum principium actus, qui potest esse actus exercitus a virtute: ideo iustitia in vi est appetitiva, &c.

¶ Super
que veritas dicitur, voluntati impressa propter propinquitatem ad rationem, nomen retinet veritatis. Et inde est, quod quandoque iustitia veritas vocatur.
AD SECUNDUM dicendum, qd voluntas fert in suum obiectum consequenter ad apprehensionem rationis. Et ideo quia ratio ordinat in alterum, voluntas potest velle aliquid in ordine ad alterum, quod pertinet ad iustitiam.
AD TERTIUM dicendum, quod rationale per participationem non solum est irascibile, & concupiscibile, sed omnino appetituum, ut dicitur in 1. Ethic. quia omnis appetitus obedit rationi, sub appetituum autem comprehenditur voluntas: & ideo voluntas potest esse subiectum virtutis moralis.

ARTICVLVS V.

Primum iustitia sit virtus generalis.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit virtus generalis. Iustitia enim conditio est alius virtutibus, ut patet Sapientia 8. Sobrietatem, & iustitiam docet, prudentiam & virtutem: sed generale non conditio dicitur, seu connumeratur speciebus sub illo generali contentis: ergo iustitia non est virtus generalis.

A **¶ 2. Prete.** Sicut iustitia ponitur virtus cardinalis, ita et temperantia, & fortitudo: sed temperantia, vel fortitudo non ponitur virtus generalis: ergo neque iustitia debet aliquo modo poni virtus generalis.

¶ 3. Præter. Iustitia est semper ad alterum, ut supra dictum est: sed peccatum quod est in proximum, non potest esse peccatum generale, sed diuiditur contra peccatum, quo peccat homo contra seipsum. ergo etiam neque iustitia est virtus generalis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic. qd iustitia est communis virtus.

RESPON. Dicendum, qd iustitia, sicut dictum est, ordinat hominem in comparatione ad alium, quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo, ad alium singulariter consideratum: alio modo ad alium in communi, secundum. s. quod ille, qui seruit alicui communitati, seruit omnibus hominibus qui sub communitate illa continentur. Ad utrumq; ergo se pot habere iustitia secundum propriam rationem. Manifestum est autem qd omnes, qui sub communitate aliqua continentur, comparantur ad communitatem sicut partes ad totum. Pars autem id quod est, totum est, unde & quodlibet bonum partis est ordinabile in bonum totius. Secundum hoc ergo bonum cuiuslibet iustitiae siue ordinantis aliquem hominem ad seipsum, siue ordinantis ipsum ad aliquas alias personas singulares, est referibile ad bonum commune, ad quod ordinatur iustitia. Et secundum hoc actus omnium iustitiam possunt ad iustitiam pertinere, secundum quod ordinat hominem ad bonum commune: & quantum ad hoc iustitia dicitur virtus generalis. Et quia ad legem pertinet ordinare in bonum commune, ut supra habitum est, inde est quod talis iustitia predicto modo generalis, dicitur iustitia legalis, quia. s. per eam homo concordat legi ordinanti actus omnium iustitiam in bonum commune.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iustitia conditio diuiditur, seu connumeratur alijs virtutibus, non in quantum est generalis, sed in quantum est specialis virtus ut infra dicitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod temperantia, & fortitudo sunt in appetitu sensitivo id est in concupiscibili, & irascibili. Huiusmodi autem virtutes sunt appetituum quorundam bonorum particularium, sicut & sensus est particularium cognoscitivus: sicut iustitia est sicut in subiecto in appetitu intellectivo, qui potest esse uniuersalis boni, cuius intellectus apprehensiuus. Et ideo iustitia magis potest esse virtus generalis, quam temperantia, vel fortitudo.

AD TERTIUM dicendum, quod illa quae sunt ad seipsum, sunt ordinabilia ad alterum, praecipue quantum ad bonum commune. Vnde & iustitia legalis, sicut quod ordinat ad bonum commune, potest dici virtus generalis: & eadem ratio in iustitia potest dici peccatum commune. Vnde dicitur 1. Io. 3. quod omne peccatum est iniquitas.

ARTICVLVS VI.

E **¶ Primum iustitia, secundum quod est generalis, sit idem per essentiam cum omni virtute.**

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod iustitia, sicut quod est generalis, sit idem per essentiam cum omni virtute. Dicit enim Philosophus in 5. Ethic. quod virtus, & iustitia legalis est eadem omni virtuti: esse autem non est idem: sed illa quae differunt solum secundum esse, vel secundum rationem, non differunt secundum essentiam. ergo iustitia est idem secundum essentiam cum omni virtute.

At. 2. huius quest.

Lib 5. ca. 2. & 2. com. 5. Art. 2. huius quest.

1. 2. q. 90. ar. 2. & arg. 4. q. 1. 2. c.

Art. 7. & 12. huius quest.

1. 3. q. 60. ar. 3. ad 2. & ar. 7. cor. Et 3. dist. 9. q. 1. 2. 1. q. 2. co. Et 5. Ethic. lec. 2. fin. 1. 5. ca. 1. in Rom. 5.

¶ Præter.